



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 24. Sanctus Carolus pro anni sacri festivitate Romam profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul XVI. prandio sanctus Præsul Regem rursus
A.C. 1575. visum ibat, eique monita mane sug-
 gesta denuo inculcabat, quæ etiam ef-
 fectui data fuere.

Sub idem tempus sanctus Archipræ-
 sul festos dies pie celebrari præcepit,
 promulgato hanc in rem decreto, quod
 plura admodum utilia complectebatur
 statuta, atque inter cetera Laicis in-
 hibuit, ne durante Officio Divino in
 Ecclesiæ choro sederent: insuper foem-
 nis præcepit, ut juxta Divi Pauli mo-
 nitum velata facie assisterent, præterea
 duas Ecclesias Collegiatas Mediolani
 instituit: mense vero Septembri denuo
 epistolam pastorem divulgavit, eaque
 suos Diæcesanos ad septem Ecclesias
 Romæ lustrandas hortabatur, eos in-
 struens, qua pietate sacrum hoc iter ad
 obtinendam noxarum veniam peragere
 deberent.

§. XXIV.

*Sanctus Carolus pro Anni sacri fe-
 stivitate Romam profectus.*

*Giuss. l. c.
 l. 3. c. 6.*

Sanctus Archipræsul, cum Diæcesanos
 suos ad hoc pietatis opus perverio
 sub obtentu violandum ex suo exemplo
 ansam arrepturos pertimesceret, resi-
 dentis legem Episcopis impositam in-
 terrumpendi veniam prius a Pontifice
 obtinuit, ac dein ipsus die octava De-
 cem-

Sæcul. XVI.
A.C. 1575.

cembris Romam contendit, ubi pœnitentis peregrini more hoc iter instituit, simulque aeris inclementiæ, quam tolerare cogebatur, continuum etiam adjunxit jejunium, haud aliis occupatus negotiis, quam assiduis ad Deum orationibus: præterea se rerum divinorum contemplatione lactavit, semperque cum illis, qui itineris focii erant, sacra de Deo colloquia miscuit, nonnunquam a via devius, ut cuncta sacratiora templa, ad quæ loci propinquitas invitabat, lustrare, atque ante solis ortum rem divinam peragere valeret. Porro iter suum absque ulla cibi refectione semper usque ad seram noctem protrahebat, nonnisi in villis, atque ignobilioribus hospitibus diversatus, ubi persæpe nonnisi mucidi panis frustum accipere poterat, ac non raro in stramentis pernoctare perpetim cogebatur.

§. XXV.

S. Carolus Romam delatus, atque a Pontifice exceptus.

Itaque Borromæus vigesima prima Decembris die Divo Thomæ Apostolo sacra Romam pervenit, ibidem singulari veneratione, & benevolentia a summo Pontifice exceptus. Hic etiam cum eo de variis consultabat mediis, quibus per

Giuss. l.c.